



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

September.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

SEPTEMBER.



S. ÆGIDIUS CONF. 1. Septembris

**S**temma in ÆGIDIO regium indoles munifica  
 prodidit. Nam puer prætextam exiit, ut pa-  
 perem agrum indueret. Et hic quidem morbum  
 cum centonibus posuit, at ille nudus cætera, ut  
 virtu.

1. Sep  
 virtut  
 sibi ve  
 pie co  
 onnem  
 las A  
 cum ce  
 trem. c  
 melico  
 ma pot  
 fera a  
 natoru  
 & prec  
 canes a  
 dere. I  
 dio for  
 canobio  
 tis veni  
 gravior  
 studiosè  
 scheda  
 lendum  
 noster s  
 tatis for  
 mirum  
 Ex Lipp  
 Vend  
 huic sac  
 tiis incu  
 latave  
 lum, sea  
 lin. epist.

virtutem & miraculum saltem tegeter, ablatam sibi vellem à nescio quo non satis noto homine piè commentus est. Eodem scilicet furto assem omnem paternum abstulerunt egeni, quando Gallias ÆGIDIYS petiit, & post multa prodigia eadem cum cervâ latebras habitavit. Atque, ut qui matrem deseritis, alia cælo ubera esse sciatis, hæc famelico eadem cervâ præbuit. Exclamare hic Roma potuisset: Ecce fera hominis hospes: ecce homo fera asylon. Etenim cum nutricem frequens venatorum corona cingeret, tutelam sinum ÆGIDI & preces habuit, quibus ad teli jactum damnati canes allatrare prædam potuerunt, nonprehendere. Ipse Rex Clodoveus libertatem cervæ, ÆGIDIO fortuitâ sagittâ tunc vulnerato cœnobium, cœnobio dotem regiam donavit, sibi unam erroris veniam oravit. Et verò non hujus modò, sed gravioris etiam sceleris impetravit, quod quidem studiosè ille occultavit, sed ÆGIDIYS sub devinis scheda annotatum è cælo accepit, nunquàm delendum, nisi stylum Rex vertisset. Divus porrò noster satis jam à terrâ lactatus ad perennes beatitatis fontes contendit, quos aded appetivisse quid mirum est? à nutrice suâ cervâ sicium hanc bibit.

Ex Lippeloo & Pet. de Natal.

Vendere patrimonia & dare pruperibus stultitia huic sæculo, sed sapientia DEO est. Ut contrâ divitiis incubare, pecuniam scœnore augere, terminos dilatare violentiâ, industria & questus apud seculum, sed apud DEVM crimen & pœna est. S. Paulin. epist. 2.

## S. ANTONINVS M. 2. Septembri.

**P**Oterat ANTONINVS è Galliis oriundus forte suâ contentus nobilem & in dicitis anulum & in pedibus lunulam jactare, sed nimium quantum ambitiosus purpuram insuper ausus est sperare, quam ut cælum illi libentius pingeret, non dubitavit, ostro deficiente, sanguinem promittere. Incredible enim dictum est, quàm inde à puero pro Christo hunc fundere gesserit. Et verò non pulsus repulsam est, æternâ præsertim virginitate candidatus: sed sacerdotio initiatus cum baculo icta populis ad Christiana sacra adductis undas dedisset, ipse altero, sed gladij, ictu promissum cruorem dedit, utque hic copiosior flueret, corpus in partes sectum, partes in aquas sparæ. Sed præclarum ostium, martyris inquam sanguis omnis in undis officiosus coivit, ipsæ undæ ut ne tumultu ANTONINVM prohiberent, penitus abscessere. Iam caput nobile volucres cæli mentes aquilas indutæ, naviculâ ad Principis Festi, quem Christo martyr pepererat, regiam usque, secundo flumine, deduxerunt. At Festus Divi ædes templum & capitæ sacri monumentum esse iussit. Nos etiam pro meritis ANTONINVM laudaremus, si vel unam illarum de quibus diximus, volucres pennam dedissent. *Ex Mombritio & Petro de Natalibus.*

*Noli contemnere plebejum, quia nobilis es, noli despicere servum, quia potens es, noli pauperem fastidire, quia dives es: nunquid nobilior, nunquid potentior, nunquid ditior es Christo? ille pro te illa, quæ tu despicias, elegit. S. Ambros. super Psalm. Beati.*

S. AIGVLPHVS MART. 3. Septembris.

H Vniles cunas AIGVLPHVS magnis virtutibus nobilitavit, monachus primo Floriacensis, tum Abbas Lirinenfis factus. Vnus certe dignus a Deo habitus est, qui, somno monitore, opima illa spolia (ossa D. Benedicti) Cassino in Gallias asportaret. Ceteram invidia Arcadium quendam, & suo minime dignum nomine Columbum, (Pseudomonachum utrumque) excivit, qui virum & monasterio & vita ejicerent. Exceptit AIGVLPHVS amico convivio hostes, & caesus atque in vincula datus, licet ab ipso custode ad fugiendum animaretur, turpi fugae gloriosum carcerem praetulit. Inde captivus cum suis abductus, cum tempestate diebus XL. jactarentur, solus portum sibi petere vius est. Et petebat, sed beatitati, quam quia jam unam & animo spirabant & ore loquebantur, linguam Columbus primo jussit praescindi, tum omnibus laudes Deo, quin AIGVLPHO ad concionem miram facundiam dicenti erui etiam oculos mandavit, gratulatuos puto sibi, quod ab hinc monasterium hoc, tyrannum monachum visuri non essent. Ad extremum in insulam ejeti gladioque sunt caesi. Ne tamen improbitas ob successus sibi plauderet, absuit in somnis Columbo ipse AIGVLPHVS, & sanguinis sui gutta in scelerati pectore ac tergo geminos circulos descripsit. Ex his supplicium unum durat taxat reliquit, certissimum mortis omen, quam Rex Clodoveus meritissimum affectit. Nam ut omnes scriptores taceant, facinoris immanitatem exacte linguae loquuntur. Ex Graf.

Vidit

S. Al.

vidit Deus opera tua, recursus & excursus  
 gitorū tuorū, & con inuit iram suam. Cælum  
 fulminavit, aqua non submersit, non oborsit  
 lus, & cūm omnis terra sit plena gloriā Domini  
 non reveritus es presentem Dominū & coram  
 munditiā immunditias tuas exercere. S. Pet. Dam.  
 serm. serm. de Char.

S. ALBERTVS C. 3. Septembris.

**A**lsque ventis aduersis fuisset, nunquam  
 ad eū malè Favonios sæpè vocamus. Natus  
 magnas opes, majores has artibus non bonis  
 cerat, stultusque cælum dudum auro vendiderat.  
 Ut tamen divitiis divitias, hoc est lutum luto  
 deret, velis remisque per lacum Verbanum  
 tendit. Verūm exorta repentè ingens procella  
 alias scilicet oculis undas Cocyti objecit, aliam  
 nautam Charontem. Ergo cūm omnia jam  
 cum naulum crederet, & orco debitum, vota  
 velis vertit, & ut viveret, cælo vovit deinceps  
 vere. Arrisit continud votis cælum, ut audisse  
 scires. Sed ecce in ipso portu naufragium. Ope  
 omnes (ne time lector) in miseris abicit, in  
 conjugē inter velatas virgines abditā, montem  
 non sine ingenti labore conscendit, qui in cælo  
 de quo mentionem fecimus, lacum excutit. Hoc  
 cælo propior cum Deo jam commercia habuit,  
 & comēatum à præternavigantibus demissis  
 sportā lagenulaque accepit tam diu, dum Angeli  
 denique victum e cælo ministrarent. Itaque  
 Superūm hospes necquicquam ab hominibus  
 jam mendicaret, mortuum rati sunt accolare. S.

vivere splendor case imminens ostendit, & pestis à vicinis populis ALBERTI & D. Catharinae, cui templum ponere Angelus iusserat, precibus propulsata. Eidem templo illatus ALBERTVS, ambrosiam, quâ, cum viveret, pastus erat, mortuus etiam spiravit. *Ex vitâ B. Alberti.*

*Dilige totâ animâ Dominum Deum tuum, sp̄s & fam tuum, vitam tuam, solatium tuum, consilium tuum, & refugium tuum. Dilige illum qui tibi est quidquid amabile aut optabile esse potest: dilige eum castè, devotè & sanctè; non verbo, non lingua, sed opere, & veritate. S. Bern. op. de char. c. 31.*

B. ROSA VIRGO. 4. Septembris.

ROSAM etiam in autumno donamus, unam candemque & castis nivibus & verecundâ purpurâ formosam. Protulit Viterbium Italiae urbs, fovit D. Francisci hortus, & ne in ille alii, bene calum carpsit. Hæc inquam ROSA, ut contra procaces manus se armaret, à primis annis omnibus corporis afflictationibus se dedit. E gravissimo morbo decumbens & jam jam moritura cum ea de alterâ vitâ differuisset, quæ oculis tunc coram intuebatur, testelque dictorum sorores jam olim defunctas nomine quaque compellasset, VIRGO MATER intervenit, & porro vivere, sed inter eas iussit, quæ Magnum Franciscum sub Minor in veste sequuntur. Quod cum è morbo recreata ROSA egregiè præstitisset, denuò ad eam Magna MATER invisit. Et sufficere poterat id spectaculum, sed illa alterum objecit, FILIVM tormentis olim omnibus exercitum, quinimirum tot plagis saucius cor amanti etiam ipsum tam fluctavit, ut tum denique verè inter spinas ROSAM dixisset.

T

dixisset. Sub idem tempus cum Friderici II. Imperatoris factionem castigasset, cum omni familia urbe eiecit Sorianum venit. Sed exilium leve Angelici non multo post morte Friderici libera patria fecerunt. Placuit tamen etiam præ hæc cælum, quod quod facilius videret, circa annum M. CCLIV. oculos clausit. *Ex vitâ apud Moniales D. Rosa.*

*Nulla vel brevis hora subrepat, in quâ non habeas memoriam Filij Dei pro tuâ miseriâ, & suâ misericordiâ crucifixi. Quid faciet Dominus majestatis, si nos, qui cinis & pulvis sumus, tanta misericordiâ viderit ingratos?* S. Bern. op. de char. cap. 32.

S. EVDOXIVS M. 5. Septembris.

**C**Lamat EVDOXIVS illud hodie nobis: *Exeat aulâ, qui pius esse cupit.* Certè quod pietatem Christianam coleret, licet aulæ Imperatoris comes, aulâ tamen eiecit. Sed neque extra hanc ferre in EVDOXIO Diocletianus potuit probitatem, sed in vincula jussit abripi, quasi verò vinciri virtus posset. EVDOXIVS ubi adesse exploratores intellexit, necdum notus mensæ admovit suæ, lauteque & perquam liberaliter habuit. Inde suus ipse jam proditor, lubens volens ad Imperatorem abiit, pugnasque edidit, quas sperare à voluntario Christi milite posset. Sed neque solus in aciem prodii. Prodiere cum Duce tam forti mille centum & quatuor, qui omnes ad tyranni pedes cum superstitione primò balteum, mox vitam etiam projecerunt. Atque hi quidem præivere triumphantem EVDOXIVM, qui ex equuleo veluti è triumphali curru accepta pro cæli patriâ vulnera jactabat. Secuti deinde sunt amici integerrimi MACARIUS & ZENO, hic in ipso loco supplicij ab

EVDOXIO

EVDOXIO, ille à BASILISSA EVDOXII conjugē ad triumphū pompam invitatus. Itaque non sēpē celum tot armatos unā recepit. Agite tamen, o Sodales Mariani! non ideo subire cæli mœnia minus contendite; liberalior DEVS Romulo est; coronam auferet, etiam qui ultimus transcendit. *Ex Metaphr.*

*Si fidem & fiduciam tuam jactes in livores & vulnera Crucifixi, & in tuæ salutis usum convertas memoriam Dominicæ passionis, erit sanguis ipsius pretium redemptionis tuæ, mors ejus convertetur ad vitam, dolor ejus in gaudium tuum, in tuum honorem ejus opprobria.* S. Bern. de char. c. 34.

S. ELEVETHERIVS ABB 6. Septembris.

**M**inimam laudem à nostro calamo ELEVETHERIVS accipiet, qui maximam jam olim à Magno Gregorio accepit. Summa est, D. Gregorium sub ultimum vœni jejuniæ diem, inedia, ob imbecilliorē stomachum, succubiturum fuisse, nisi pulpam lactanæ ELEVETHERIVS preces suas objecisset. Id beneficium Gregorius non modò stylo, sed sacundā etiam picturā in templo locutus est. Quin & mortuum ajuat ab ELEVETHERIO precibus denud animatum; sed nos demoni creptam prædam laudamus. Fortè ex itinere Divus ad sacrum Virginum Asceterium diverterat, in quo puer agebat atri genii obses. Non ausus est eā nocte malus hospes puerum torquere, sanctiorē hospitem veritus. Itaque ille domum patrum suum sequitur. Hic etiam pacem crederes: sed induciæ tantum erant. Dum enim ELEVETHERIVS alieni cœnobii vires elevat, suas laudat, redit velut ex insidiis hostis solo adolescentulum affligit

T. 2 affligit

affligit miserisque modis discruciat. Sed obfus-  
provocasse ELEVTHERIVM. Neque enim hic prius  
cum suis pugnare precibus desuit, quàm penitus  
ratione non suâ orcum pepulisset. Nunc similes  
pugnæ cur non spectamus? anne quos demon  
timeat, ELEVTHERII, an quos agitet, pueride-  
sunt? *Ex Grasio.*

*Quoties honor nobis nolentibus ingeritur, neces-  
sarium est ut in pavimento cordis sub districto dis-  
ciplina pede calcetur, & velut venenatus serpens in  
ipso suggestionis capite ictum sentiat, ne in extrema  
bonæ operationis calcaneum movere præsumat. S.  
Petr. Damian.*

## S. STEPHANVS EPISC. 7. Septembris.

**A**Spera & inculta terrarum habitare D. Bruno-  
nem ajunt. Viridaria rectius dicerent, quæ  
tam nobiles nobis flosculos submitunt. Atque  
hem tibi ex his STEPHANVM Lugduni Galliarum  
nobili familiâ satum! Hic vitæ reliquæ in ip-  
eunis bullæque præludens, quem diem patienti  
Christo dicamus, materni lactis abstinentiâ fan-  
ctum habuit. Amorem suum Christum sub pate-  
latentem quoties contemplatus fuit, putasses æthi-  
absumen-û, nisi lacrimis, quibus diffuebat, hunc  
temperasset; dixisses Crucifixo immortuum, nisi  
vitam suspiria prodidissent; denique existimasses  
cælo precabundum interesse, nisi hoc descendere  
ad STEPHANVM vidisses, Angelo misso. Iam tem-  
pestates fugatas, desperabundos cælo, ægros sani-  
tati, mortuos vitæ redditos taceo. Vnum id quæ  
utile juventæ, quod Pontifex jam Diensis edidit,  
facinus narrabo. Dixerat graviter in omnia vitæ  
illud præsertim, quo festos Divorû dies aleis, cho-  
reis & id genus ludicris vulgus amat profanare.  
Cum

8. Sept. Cum aures necquicquam diu pulsasset, demoni denique malo, qui ad eas nugas impellere animas adsolet, pro concione imperavit, positâ larvâ palam sese ostenderet. Enimverò parvit tam horribilis, ut jam magistri sui puderet in ludo discipulos, facileque cum illo etiam hunc damnarent. Sed, ô Superi, invenit hodie iterum discipulos pessimus Doctor. Iuvat chartas minimè doctâ pictas manu crepare. Iuvat aleam (vel salutis) jacere; juvat terrâ plaudere, & ne serò pereamus, ad orcum non jam imus; currimus, saltamus. Ex Surio.

Quod Sirenes fuisse finguntur, id verè sunt illecebra cupiditatum & blandimenta vitiorum; habent enim in specie lenocinium, in gustu venenum, quarum usus in criminis, pretium in morte numeratur, S. Paulin. cap. 35.

NATIV B. M. V. 8. Septemb.

Oruit denique post longissimæ noctis tenebras solem hoc die tellus sperare, quando tot votis jam olim exoptatam nasci *Auroram* vidit, *MARIAM* inquam, quæ Ioachimo atque Annâ prognata lucem primò vidit dicam? an videndam orbi propinavit hodie. Certè festum agere hunc diem multis jam retrò seculis Christianus orbis iussit, idque cælo auctore. Nam ferum Anachoretæ hâc ipsâ luce quotannis audire cælestes illos Amphiones solitasse, qui lætissimis modulis omnem latè aërem exhilararent; sed & Paulum quendam annis permultis sub eam noctem, quæ diem *Virginis* natalem præit, vidisse sidus ingens cælo se demittere, & festivis ignibus ædem *Laurentianam* exornare: utrumque porrò Angelis doctoribus didicisse, id ob *Cunarum virginearum* memoriam Superos factitare. Echo itaque solùm est  
T 3  
omnis

omnis hodie mortalium plausus, quam cælis  
suis concentibus provocat, utinam vel ad ultimum  
hujus vota responsura! scintilla est, ab æthere in  
animos hominum illapsa, utinam in incendia abita-  
ra! Bene profecto Innoc. IV. quoddam morte Cælesti-  
ni IV. Pontif. Max. creatio, quam Frederic. II. Im-  
perat. turbare nitentur, VIRGINIS ope feliciter  
successit, patronæ cunas omnibus annis dies VIII.  
celebrari iussit. Sed hoc etiam parum esse, audacter  
dico. Felices illæ CUNÆ, illæ linguæ, in quibus quo-  
tidie MARIA cum aurorâ nascitur, cum sole vivit,  
& neque cum die emoritur. *Ex Duran. Belet. Ven-  
cent. Turfell.*

*Studeamus seculi hujus blandimenta despicere,  
carnis incentiva reprimere, Crucem Christi assidue  
in mente portare, quatenus dum nunc gladio dæmoni-  
um transigimur, cum ipsa de aeterna felicitatis dulcedi-  
ne satiemur. P. Damian. serm. 2. de Nativ. B.M.V.*

S. ADRIANVS MART. 8. Septembri.

**M** Appam dixisset martyrum sanguinem, qui  
hunc mitti vidisset, tam ad pugnam Chris-  
tianos olim passim excivit. Ita ADRIANVM ex  
equestri ordine virum, ut Christo militaret, eor-  
dem prælia, martyrum gloriosa & invicta inces-  
santis constantia, accenderunt. Et vicisse etiam  
se ratus est, cum manus tyranno dedit vinculis li-  
gandas, ex quibus cum aliquot post dies cum bo-  
nâ veniâ egressus ædes suas repeteret, conjux  
ejus Natalia fortissima matrona transfugam è san-  
ctis castris adventare rata, recto exclusit, nec præ-  
sidiis admisit, quâ fidem se DEO servasse ostenderet.  
Quin ipsa in vincula reduxit maritum, ipsa cum  
sæpius alia effunderet, dictis firmavit. Et quia femi-  
na

8. Sep.  
nis adit  
positis  
virum in  
Christi  
precibus  
teneret;  
ret. Ipsa  
(& erat  
vrs ad  
conjugi  
Quamv  
virum a  
Qua  
rabilem  
mensuris  
rum eor  
nis gelere  
c. 27  
S. CO  
COR  
ma  
mactatu  
dum fug  
ceptum  
addicere  
Reduci  
offert. A  
tium sib  
Pillitru  
ecce, uce  
CORB  
precatu  
canti obje  
peres ali

8. Sep.  
nis aditus ad ergastula martyrum jam negabatur,  
positis capillis , vt viro femina animos adderet,  
virum induit , cumque membris truncandi jam  
Christi milites essent , id scilicet à carnifice multis  
precibus blanditiisque exoravit, ut primas conjux  
teneret, ab hoc vero, ut sponte manus securi subjece-  
ret. Ipsa dexteram ADRIANI legens thesauri loco  
( & erat ) asservavit. Nec multò post cum ADRIA-  
NVS ad cœlitum gaudia Nataliam etiam invitasset,  
conjugi suo conjunxerunt & aeternum juncta est.  
Quamvis quid conjuges dico , quando in utroque  
virum agnovimus? Ex *Surio*.

*Qua collatio tui est ad ineffabilem, ad incompa-  
rabilem, ad incomprehensibilem Deum? nihil ei ad  
mensuram meriti retribuere potes, si in retribuit io-  
niam eorum, qua pro te sustinuit, te milles mille an-  
nis gehennali incendio cruciaret.* S. Bern. op de char.  
c. 27

S. CORBINIANVS EP. 8. Septembris.

CORBINIANVM fugientem è Galliâ honor Ro-  
mæ assecutus in totius orbis oculis insulâ  
mactatum in patriam remisit. Iterum Romam  
dum fugit, ursum, qui elitellarium equum inter-  
ceptum absumpserat, vicariam sibi operam jubet  
addicere, & cum equo equi etiam sarcinas ferre.  
Reduci per Baviarum Grimoaldus Dux hospitium  
offert. At negat ille impudicitie stabulû & hospi-  
tium sibi fore, pelleret, quam uxoris loco haberet,  
Piltrudem, fratris nuper conjugem. Advolant,  
ecce, uterque, & infames nuptias ejurant. Subinde  
CORBINIANVS ad epulum vocatur. Adest, benè  
preatur, affidet. Sed dum Grimoaldus buccam  
tanti objectat ( audire qui canes plures quàm pau-  
peres alitis ) eversa mensâ è diætâ se proripit, de-  
testatus

T 4

restatus epulas, quibus quidem Præsul dixisse  
benè, sed canes accubuissent: se deinceps cum ho-  
minibus cœnaturum. Non multò post in Strigone  
offendit, audit incantationibus Pilitrudis filio-  
lutem attulisse, invicem ingentia munera abstu-  
lisse. Enimverò jubet omnia in prædam egenis ce-  
dere, debitaque superstitioni stipendia probra & pla-  
gas numerat; mox paratas capiti à Pilitrude indi-  
cias effugit, sed non perinde etiam hæc cæli iras.  
Nam primò filium, mox etiam maritum vitâ videt  
exturbari. Ipsam longum funus vivumque, capti-  
vam, Galli abducunt; exulem dein in Italiam afel-  
lus asportat. At CORBINIANI tumulum suis ce-  
lum funalibus ornavit, Frisinga pro Asylo habet.  
*Ex tom. 1. Annal. Boio.*

*Debemus animo præmeditari, quod aliquando fu-  
turi sumus, quod, velimus nolimus, abesse longius  
non potest: nam si nongentos vitæ excederemus an-  
nos, tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse  
desisset. S. Hieron. ep. 3.*

S. BONFILIVS ORD. SERV. B. M. V.

8. Septembris.

**Q**uid Roma pileum, quid secundum liberta-  
tem vindicias crepas? ego iterum illos laudo,  
qui pulchram servitutem sub Mariæ nomine cir-  
cumferunt. Tu felicissima servitutis cunabula  
audi. Fuit jam olim nobilis inter cives Florenti-  
nos Societas VIRGINI sacra. Hi dum ex more fe-  
stum cælo translata diem agunt, BONFILIVS pars  
magna & ipse horum, quini que alij faces subdi-  
pectori senserunt, quibus, ut se totos VIRGINI  
manciparent, inflammabantur. Nec mora, vitam  
opesque veteres cum veste ponunt, & novus ipso

Nate

9. Sept. NATE VIRGINIS die, peculiaris eidem coetus ena-  
 scitur, Artingi primò is loci antistitis, tum Inno-  
 cent. IV. Pont. Max auctoritate probatus: cumque  
 stipem colligentes infantes facundo miraculo *Ser-  
 vos VIRGINIS* clamitarent, id hodieque scilicet  
 nomen ferunt. Iam incrementa ordinis promisit vi-  
 tis, que sub vernum tempus sata, mox *DOMINA*  
 luce (quâ Salutatam ab Angelo colimus) & florem  
 & gemmam adeoque uvam exhibuit. Sed & vestes  
 servis suis Deipara obtulit pullas, quibus & *FI-  
 LIUM* patientem & viduam *MATREM* lugerent.  
*BOVFILIO* deinde ad pileum voce cælesti evocato  
 testimonium sanctitatis in vultu splendor, in toto  
 corpore odor dixerunt, & iusta hominibus per-  
 mixti Cælices illis verbis cecinerunt; *Subvenite*  
*Sancti DEI, & exaudite.* Tales exequias *servi*  
*VIRGINIS* merentur, alias sperate qui liberti, qui li-  
 bertini amatis audire. *Ex Ordin. ipsius monum.*

*Considera quanta sit dignitas nostra, quanta-  
 que nobis proportio sit cum Mariâ: Conceptit Maria*  
*Christum in carne, deferimus & nos illum in men-  
 te. Reficiebat Maria Christum, cum teneris labris*  
*lac exprimeret uberum, reficimus & nos variis bono-  
 rum deliciis operum.* S. Pet. Dam. serm. 2. de Nativ.  
 B.V.

S. AVDOMARVS EP. 9. Septembris.

**C**œpit AVDOMARVS tunc vivere, cum desit  
 mater; quando nimirum à morte hujus cum  
 patre mori mundo inter Ascetas œcepit. Iucun-  
 dum credo videre cælo erat, patrem unâ & filium  
 in eadem virtutis scholâ discere, miraculo cõ-  
 majori, quòd ad hanc filius patrem duxerat. Quid  
 jam mirum, si mira alia quàm plurima patravit  
 AVDOMARVS, si radiare è ligno crucem, si exsur-  
 gere

gere è lectulis ægros, è vinculis captivos iussit.  
Nos duo tantum scribemus, quorum pueri unum,  
alterum bis pueri senes legant. Episcopus jam  
Morinensis adolescenti interdixerat, ne cymba in  
aquis luderet. Risit ille, & lusit. Sed inobsequen-  
tem venti fluctusque in altum, inde è Gallia in Sa-  
xoniam usque eiecerunt, & ut contra immori-  
gerum conjurasse cum aquis terram agnosceret,  
latrones in littore venientem præstolabantur. Quid  
ageret sine velis, sine remis puer nauta? Nempe re-  
mi preces, vela divi apud DEVM AVDOMARI merita  
fuerunt. His ille in patrium portum invehens, nau-  
lum Navarcho suo obsequium dehinc perfolvit.  
Hic cum amissos senio oculos ad D. Vedasti tume-  
lum recepisset, mox facti poenitens cum non vide-  
ret, an ex re animi esset videre, precatus est DEVM,  
iterum eriperet, si noceret, lumen. Eripait, & in ca-  
lum abituro duces Angelos misit. Ibi ille cæcus  
nunc DEVM videt. *Ex Surio.*

*Indue te, quæso, veste innocentia, orna te quasi  
veste polymita varietate virtutum, & qui te fi-  
dei annulo subarrharit, in te odorare lateat ar-  
mata gratiarum. S. Bern. de char. cap. 31.*

S. SALVIVS EPISC. 10. Septembris.

**M**erito hodie plaudimus SALVIO, qui bellè  
omnes personas egit in eadem vita fabulò  
Iudex, Monachus, Abbas, Episcopus. Et ne even-  
tus sive Comicos, sive Tragicos desideres, bis vi-  
vius, bis mortuus. Vnicam scenam specta. Con-  
cluserat, cum Abbatem exuisset, angustà cellà sese.  
Sed natus celo animus libertatem morte quasi-  
vit reperitque. Iam extulerant mortuum, jam  
tumulo inferebant, cum è ferali capulo se tollens  
simul

simul vivere iterum, simul vitae illacrymari coepit. Heu! cheu! ubi? hominum & Caelitum fidem ubi sum? imò cheu! ubi fui? unde, ah! excidi? felix mors, quae vivere me feceras? infelix nimium vita, quae mori iterum me cogis! Iuvat, ò juvat iterum mori! Narrat deinde à morte ad beatas delicias abductū se inter Angelorum & Divorum comitatum, jam ambrosiam gustasse, iam nectar illud libasse; sed quod opera eius porrò terris necessaria diceretur, ad vitam iterum damnatum esse. Et nimiram ex ergastulo suo ad Pontificatum Albigensem extractus pauperibus patrem, captivis vindicem se libertatis praebuit. Vaticiniis insuper clarus, Regis ædibus quandoque nudum gladium imminere conspexit, qui geminos Regios filios intra vicesimum diem sustulit. Quòd tamen mortuum se crederet, quamdiu vivebat, sui funeris ipse vates & vespillo tumulo se composuit, & bis victor caelo subiit, vix utique, quam nuper iverat, minimè iam ignarus. *Ex Greg. Turon.*

*Hunc sequamur, huic militibus, cui conjunctus nunquam disjungitur miles, qui militantibus sibi gloriam vitæ aeternae, honorem regni caelestis & divitias hereditatis suae & divina cognitionis consortium perenne largitur. S. Paul. in Epist. 36.*

S. NICOLAUS TOLENTIN. CONF.

10. Septembris.

Septennis NICOLAUS solenne deinceps habuit tres in hebdomade dies, interque eos illuminatam, quem VIRGINI dicamus, pane cibario & fontanâ visitare. In Canonicorum deinde Collegium ascitus, cum illa pro concione D. Joannis audisset

audisset (*Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt*) quasi uni illi dictum esset, extemplo ad eos Anachoretas abiit, qui D. Augustinum æmulantur. Ibi facile ostendit, quàm mundum mundi que omnia odisset. Sacerdos ubi primitiæ litare cœpit, è piacularibus flammis umbra adfuit, abduxit que ad immania tormentorum ergastula. Ibi simul hæc, simul sociæ umbræ omnes patronum sibi NICOLAVM légerunt; pro quibus cum ille ad aram aliquoties dixisset, partem longè maximam à suppliciis absolvit. Sub hæc cum eum è cognatis unus aliquis à Religionis amore abducere & mundo iterum conciliare pessimè conciliatus admitteretur, surdum scilicet reperit. At faciles aures invenerunt è cælo vates, qui obituum feliciter NICOLAVM Tolentini cecinerunt. Eò enim occyus abiit, stellâ duce, quæ ibi demum constitit, ubi rumulatus postea fuit. Morituro jam jam Christus cum Matre & D. Augustino obvius venit, cum sex ante mortem mensibus quotidie sub noctem Angelorum concentus audisset, manifesto indicio, quàm non longè à cælo abesset. *Ex Surio.*

*Vis scire quales De minus quarat ornatus? Habet Prudentiam, Iustitiam, Téperantiã, Fortitudinem, his cali plagis includere; hæc te quadriga velut arvigam Christi ad metam concita ferat: nihil hoc monili pretiosius. S. Hieron. ep. 2.*

SS. MENODORA, METRODORA,  
NYMPHODORA. VV. MM. 10. Sept.

**I** Terum Virgines Martyres aspicias, hoc est, rosas & candore & purpurâ suâ nobiles, pulcherrima virtutis mixturâ MENODORA est, METRODORA

& NYMPHODORA sorores & è Bithyniâ oriundæ. Hæ quò securior sive ab aperta vi, sive proditione pudor foret, collem omnes desertum infederunt, munimentum virtutis ingens & propugnaculum. Solæ tamen, etsi maximè volebant, minimè poterunt esse: virtus enim, ut ferè sit hospites, ex omni loco excivit; & fuere crebra miracula ad convocandam multitudinem turbæ instar. Sed uti inter spectatores alios admiratores castitas, ita alios hostes habet. Inter hos infestissimum Frontonem vidisse omnibus machinis oppugnare virginitatis castrum. At huic animus etiam crevit in pugna, auditaque inter omnia tormenta una eademque omnium vox velut tessera pugnantium: *Agnosces Christe sponsas tuas coram Patre, quem coram hominibus neque sanguine fateri erubescimus*. Interea MENODORA inter virgas moriendo vincit, & salvum virginitatis scutum patriæ celo ostentat. Sororibus ad demortuæ conspectum etiam animus accedit. Quare post faces ardentes & equuleum METRODORA, post uncus ferreos NYMPHODORA vectibus cæse geminarunt triumphum, in quo dum corpora in flammis projiciuntur, alia flamma celo delapsa iudicem omnemque tortorum manipulum momento in cineres vertit. At ex illis aliis flammis tergeminus celo Phoenix prodit & vanitatis accusavit, scilicet poetas, unicū tantum esse jurantes. *Ex Surio.*

*Sicut peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat, sic consensus omnino animam necat: caveamus ergo cogitationes inutiles, ut animarum nostrarum factus decora permaneat; quòd si noxia cogitatio subierit, laboremus citius abluere sordes, quibus nos maculari conspiciamus.* S. Bern. serm. de car. Cut. & Qu.

S. Eu.

## S. EUPHROSYNVS C. 11. Septembris.

**M**Ala cape sis ex Elysiis hortis, quid horrescit securus cape. Non illa sunt, à quibus primi parentis dentes obstupuerunt. Nec Eva mater, sed EUPHROSYNVS porrigat; ille quidem terræ filius & inter monachos ad culinæ nidorem damnatus; sed cuius labores cælo impendio sapiebant. Ostendit hoc sacerdoti & ipsi integerrime vitæ quanti eos faciat, quos imprudens nihili facit cælus. Sordebant huic jam diu humana, & nauseabat mortalia immortalis animus; illas gustare delicatas auebat, quas alieno gustu miselli perdidimus. Neque negavit DEVS, sed votis tam piis satisfactorus, extrahi abreptum in felicissimos hortos transtulit. Ibi dum ille gaudiis inundatur, EUPHROSYNVM nostrum videt non jam ignobilis terræ colonum. Atque ut ne somnum crederet somniumve, accipit ab eo laudata à nobis poma, quæ re odore suavissimo patriam suam loquerentur. Inter cæcæ ære campano ad preces matutinas vocante sibi redditur Sacerdos; & dum ad templum properat, involuta pallio poma reperit: mox ubi eadem omnia ex EUPHROSYNO intelligit, Alcei munera portentosa & in his virtutem EUPHROSYNI prædicat. Et nobiles quidem illi fructus fructus alios quotidie miracula proferebant, & EUPHROSYNVS proditus fugâ se subduxit. Et quis ais, fugit ille? Nempe si sic illi Paradisus patebat gratis jam quæris. Ex Men. Gracis.

*Nihil est, benedicte frui, quod possit aut debet præserti ei, qui est verus Dominus, & verus Rector & Imperator æternus. Cui enim rectius visum me*

*frat*

11. Sept.

fram impendimus, quàm illi à quo accipimus? cui  
 si in hoc seculo militauerimus, tunc ad ipsum tran-  
 sire merebimur. S. Paulin. ep. 39.

S. THEODORA POENITENS.

11. Septembris.

Vtrum an feminam spectâsse te, lector autu-  
 mas? utrumque, si mihi credis. Nam femina  
 puto, fuit THEODORA, cum lapsa est, vir, cum sur-  
 rexit. Id te vita docebit. Tenebat illa matronas  
 inter Alexandria principem locum. Sed ex hoc le-  
 na eademque venefica turpiter deiecit, cum quæ  
 Sol occidens non spectat scelera impunè perpe-  
 trari suasit, itaque adulterium persuasit: ac si unum  
 solummodo cælum oculum haberet & mediâ  
 etiam in nocte Argus non esset. Vidit ipsa THEO-  
 DORA crimen, cum primùm lux animo oborta  
 est, & quò ruborem absconderet, cœnobio se  
 abdidit, utque viros effugeret, inter viros virum  
 se venditavit. Et jam lacrymas quibus, facinus  
 piabat, vel Crocodilus probaverat, dum dorso  
 innoxiam per fluctus tulit; jam silvæ, per quas  
 invidi monachi intempestâ nocte miserant à feris  
 devorandam, vitum & ipsæ crediderant; cum lo-  
 co pellere demon malus aggressus, non quidem  
 ritum negavit THEODORAM, sed tamen infamis  
 mulierculæ operâ patrem mentitus est. Poterat se  
 ipsam absolvere THEODORA sexum fatendo, sed  
 maluit suum sub alieno scelere scelus luere. Itaque  
 pulsa cum infante septem ipsos annos propter Mo-  
 tallerii fores jacuit cæli hominumque injuriis ex-  
 posita. Denique cætera miracula, & morientis  
 apud cælites gloria Cœnobiarchæ ostensa, addu-  
 cti que eodem temporis articulo maritus, mors  
 ipsa

ipsa denique palam orbi fecerunt feminam fuisse  
THEODORAM, sed quam viri imitarentur, &  
*Metaphrast.*

*Meliora mihi amici vulnera, qua Christus acci-  
pit ut sanaret me, quam voluntaria inimici oscula,  
quibus mihi peri illecebras delectationū caro male-  
suada blanditur, ut quasi parricidiali Iuda osculo  
paratis in captivitatem meam prodat inimicus.*  
Paulin. ep. 2.

S. GVIDO CONF. 12. Septembris.

**E**TIAM GVIDONEM humill genere natum ad  
astra virtus evexit, tutissima eorum scala, qui  
generosi humi obrepere detrectant. Naralem ter-  
ram Brabantia dedit. Puer non prius animo hilaris  
esse unquam potuit, quam aut preces Deo, aut  
egeno stipem dedisset, quam ubi non habuit, ipse  
scilicet coegit, mendicorum mendicabulum.  
Adolescens VIRGINIS templo operam suam ad-  
ditimus addidit, gnarus celi portam esse, quam cu-  
raret. A tam sancto munere cum à mercatore per-  
suasus mare conscendisset, & ventos & Superos  
adversos sensit, quin remo manum tandem exi-  
mere non potuit, quousque hanc redux VIRGI-  
NIS arx supplicem tetendit, manifesto in huius  
transfugas exemplo. Sanctius postmodum iter  
instituit, cum Romam & Hierosolymas alioque  
Christianis vestigiis nobiles locos petiit, septem-  
que ipsos annos talem se, quales omnes sumus,  
peregrinum vendidit. Hinc cum fesso DEVS quie-  
tem donare veller, in lectulum dejecit, Hoc cum  
ager Anderlaci decumberet, columba è celo  
multo lumine corusca advolavit, simul vox audita  
est, quæ ad coronam dilectum invitavit. Enimvero  
lubens paruit. Orbescilicet pererrato, restabat

ut astra viferet; quam viam an illi juvenes infir-  
sant, qui Gallias nunc & Italias petunt, tibi, quæ  
hæc legis iudicium esto. Ex Suvio.

*Quæ præsumpti- ne non diliges illum, qui te non  
diligentem dilexit, quæ te peccantem non d. spexit?  
Vide quæ so. quæ compensati- one quo merito summa &  
æterna respondeat Trinitati. S. Bern op. ac char. c.  
17.*

S. MAVRILIVS EP. 13. Septembris.

MAVRILIO patria Mediolanum, paren-  
tes illinc nobiles, vitæ Magister D. Martinus  
fuerit. Ab hoc & sacerdotio & insulâ Andegaven-  
si condecoratus est, factumque calculo suo candi-  
dissima columba probavit capiti MAVRILII ob-  
volitans. Mitto plurima prodigia. Vos qui ani-  
mas, qui juventam curatis, ad unicum animam  
adverte. Parvulus, isque moriturus sacro chri-  
smate firmandus erat. Dum sacris MAVRILIVS  
plusculum immoratur, emoritur ille. Nimirum  
hoc suum facinus Pontifex credere, non expian-  
dum, nisi munere abdicato. Proinde se iudice  
emul clam navim conscendit; lapsisque in mare,  
quas secum ferebat, templi clavibus, vovet non  
prius patriam visurum, quam claves amissas. Mox  
trajecto mari servum se viro principi addicit, hor-  
tumque colit illi nuper Italix unicus flosculus.  
Iam annis omnino septem totâ Europâ à suis  
perquisitus, Angeli demum indicio inventus est.  
Tot preces precibusque mistæ lacrymæ, redditæ-  
que à pisce, qui navim insilierat, claves, & promif-  
sâ puero à Deo vita, reditum tandem persuase-  
runt. Nempe primò omnium ad tumulum est  
venit, ubi unâ Divus à precibus & puer morte  
interexir, insulæ etiâ hæres MAVRILII, cujus  
ult.

ultima moribundi ad astantes illa vox perhibere cogitarent, quas generent animas, pretioso, ab! nimirum bytro, Christi sanguine emptas esse. O juvenis Parthenia, etiam tu animo hæc voveres! Tantillo animas non venderes. Ex Suvio.

Quomodo redamabis, anima, vite tua gratissimum largitorem, largissimum administratorem, piæ consolatorem, sollicitum gubernatorem, copiosum redemptorem, æternum conservatorem, ditatorem, glorificatorem? S. Bern. op. de Char. c. 5.

## EXALTATIO S. CRVCIS.

14. Septembris.

SI minus bellare feliciter, certè prædari novæ COSRHOAS, qui cum captam totius Hierosolymam ipse etiam cepisset, prædam nimirum quantum magnam Crucem Servatoris in Persidem asportavit. Doluit Christianus Imp. Heraclius sponsa hæc Christianis detracta esse, & cælo auctore armis commune omnibus Christianis dedit aggressus abolere, ternas copias COSRHOAS totidemque Duces felici Marte devicit, fortissimè Christianis utpote pro signis suis dimicantibus. COSRHOAS dum fugâ Tigrim trajicit, socium regni filium minorem Mardesam sibi adsciscit. Id maximus nam Syroës impatienter ferens, gemino patricio & fratrem & parentem sustulit, patricioque regnum cum Heraclio pro cruce est itulissimus mercator. Hanc porò Heraclius cum imperatorio habitu fulgens eò ferre vellet, quò perimò Servator tulerat, nec tamen, occulta vi gradum morante, progredi jam posset, monuit Presul Zacharias fastum ponere & aurum nimis ani-

mo onerosum; nescire crucem purpuram, nisi  
 que de Christi sanguine ruberet, sed neque co-  
 ronam nosse, quam spinæ non ornarent. Aliter ex-  
 go triumphandum sibi esse intelligens Heraclius,  
 nudus pedes & plebejam togam indutus facile jam  
 pedem promovit, & sublimem crucem loco suo  
 & honori restituit. Hæc EXALTATÆ CRUCIS fe-  
 sta initia ajunt. Nego ego, cum bona pace He-  
 raelii, ea Christo primitus adscribo. Ex Brev. Co-  
 Baron.

*In tuere ne mortiferam crucem efficias, in qua fa-  
 cias Filium Dei amaris doloribus interire: superbia  
 superius, inferius luxuria; à dextris prosperatio ini-  
 quitatis, à sinistris à universitatibus desperatio. Spinæ,  
 clavos & lanceam Filio Virginis representant. S.  
 Pet. Dam. ser. I. de Exaltat. S. Crucis.*

S. RICHARDVS ABBAS, 25 Septembris.

Ingens duellum matrem inter & patrem felicif-  
 lime RICHARDVS sustulit. Dum enim hic mili-  
 tia, illa Deo devotum vellet filium, hic pulchræ  
 litis arbiter, ut ex æquo rem componeret, utrum-  
 que præstitit, & ad militiam abiit, sed religiosam  
 & Deo sacram. In hæc cum egregiè diu adversus  
 Orcum depugnasset, & in fundo paterno victri-  
 ci VIRGINI ædem, hoc est, & propugnaculum sibi  
 edificasset, Dux demum nongentis monachis  
 datus est. Inter fortia ejus facta memorant in fu-  
 gam actum non semel hominum hostem, sive  
 crucis telo, cum arbore dejectâ obruere Christi  
 milites vellet; sive aquâ lustrali, cum hæc omni-  
 bus suorum cubiculis exegit. Post multas maxi-  
 masque pugnas beatam vocationem tandem pro-  
 pitiis à Deo petiit. Annuit hic & Angelum bonum,  
 misit

misit, qui post longam cum malo luctam baculo  
mediam partem tam sancti exercitus signavit.  
Erat hoc rude emeritos donasse. Nam de morte  
& ipsi moniti, cum quatuor dierum jejunio cor-  
pus curassent, & sacris omnibus se armassent, ul-  
timum pugnarunt, eodemque die, vultu (ut victo-  
res scires) læto & præfulgido omnes cælum trium-  
phantes ingressi sunt. Sed & RICHARDVS tunc  
secutus est. Cur enim à triumpho Dux excluderetur?  
Ex Grasio.

*Deputat Deus Virtutes Angelicas humana custodia,  
& infelix homo relictus à puritate virtutum  
squaloribus se polluit vitiorum: & Angelus, fati-  
gatus, ac inhonestam purulentie nauseam in virtute  
laxat, etsi celestis imperii lege constructus obedientiam  
non omittat.* S. Pet. Dam. l. 1. ep. 15.

## S. EDITHA V. 16. Septembris.

**F**erax olim Divorum tellus Anglia, quam  
cheu! degenerasti, sponte tuâ ferebat fructus  
olim, quos jam non nisi gladiis fulcata, & sangui-  
ne rigata donas. Illos inter EDITHA numeratur  
Edgati Regis filia & Christi sponsa, cui amores  
suos primis annis devovit, paranympnos novo  
more leprosos diligens, quos, quò deformiores  
aspectu erant, hoc formosiores & digniores se pu-  
tabat; ut jam cælo id muneri ambiente, non dubi-  
taret Angelus pauperem præ se ferre. Postò in  
deliciis EDITHÆ Crux fuit, quam cum pingere vo-  
lens manu Dunstanus Antistes vidisset, pollicem  
prehendens nunquam tabo obnoxium esse iussit.  
Id quod postea factum vidit Anglia, cum à morte  
(quæ ut suavis esset, cantu suo Angeli fecerunt)  
trigesimo die matris, tum anno tertio decimo  
Dun-

Dunstano spectandam se dedit, monuitque corpusculum tolleretur integrum tunc etiam, si membra quibus in mollietate ad levitatem abusa esset, exciperet. Itum & inspectum monumentum est, fidemque fecerunt præter oculos, pedes & manus, omnia reliqua à tabo immunia membra. Sed & in dextrâ pollex à putredine fuit eximius. Quid quod cum miraculum Canutus Rex rideret, reserato iterum loco media sepulchro se extulit, manumque injicere improbo paravit? Supplicem tamen & in gratiam recepit, & inter undas postea servavit. Magni hæc olim Anglia miracula faciebatur, plura ego Angliam, si in vitam nobis EDITAS revocaret. *Ex Graf.*

*A tuâ dignitate nimis enormiter & ignominiosè te dejicis, si transitorias & inanes pulchritudines appetis. Mundus propter te factus est, ideo mundum non ames. quia Mundus non est te dignus, tum sis eo longè dignior.* S. Bern. opusc. de Char. 29.

S. LAMBERTVS EP. M. 17. Septembris.

LAMBERTVM Trajectensi mitrâ ornatum Theodoricus Rex in exilium expulit. Ille cum in Monasterium Stabulense se recepisset, tum denique in patriâ sibi visus est vivere, exilium omnium miserrimum maximumque mundum ratus. Obsequio sancto fasces suos ita submitit, ut Abbatis imperio, sævissimâ hieme, sub cruce preceando noctem transegerit, unico contra frigiditatem cilicio armatus: sed hoc scilicet divitiis in pectore ignes propulsarunt, quos in reditibus vultu splendor insolens prodidit. Septimo abhinc anno cum Pipinus Rex Trajectensibus Pontificem suum, Pontifici solium suum reddidisset, his tum gra-

gratum se fore existimans, si regia fama & salus  
 consuleret, liberrimis verbis ob pellicem Alpaidi  
 castigavit, hanc neque poculo, neque alloquio, le-  
 ceter multum ambiret, dignatus ostendit etiam  
 hæc, quid mulier irata & pellex posset; & germa-  
 no adnidente Dodone, LAMBERTVM cum sociis  
 obruncavit. Sed & cælum iratum ostendit, quod  
 contra impios posset, Et Dodoni quidem putro-  
 scenti humum etiam negatam scribunt: eum vero,  
 qui Diyo lethale vulnus infixit, duello & fratrem  
 peremisse, & peremptum ab eodem fuisse, omnes  
 denique scelerum socios aut mortuos ilico eius  
 aut diu, hoc est miserè, vixisse. Illud omnino me-  
 morabile, odium, quo infandos amores perseque-  
 batur LAMBERTVS, ab animo etiam in corpus de-  
 mortui transisse, & cum passim exanimi oscula  
 ferret vulgus, arcanâ vi solas ab his pellices exclu-  
 sas esse. Atque huius odii tam sancti hæredem te-  
 hodie LAMBERTVS vult, Mariane. Ex Sarrâ  
 & Grass.

*Quid suavius homini, quid iucundius, quam  
 munus contemnere, & se reputare seculo celsiores  
 atque in bona conscientia vertice consistentem mi-  
 dum habere sub pedibus, & nihil in eo videre quod  
 appetat, cui invidiat, quem metuat? S. Bern. op. de  
 Char. c. 18.*

S. SATYRVS C. 17. Septembris.

**A**mbrosium in SATYRO vides. Nam frater hic  
 illius fuit, non virtute modo, sed vultu quo-  
 que & habitu corporis tam germanus, ut familia-  
 rium etiam oculos falleret. Et nescissent hi se-  
 pius, quamnam ex duobus alloquerentur, nisi  
 amor & vitæ morumque similitudo, adeoque ani-  
 morum consensus unum jam pridem ex geminis  
 fecit.

fecissent. Erat porro in SATYRO ea animi simplicitas, ut columbam, ea prudentia, ut serpentem, virtutum fragrantia tanta & copia, ut hortum iure dixisset. His ille praesidiis instructus rem fratris domesticam ita administrabat, ut pietas familiam duceret. Eripi sibi oculos credebat Ambrosius, cum ex oculis SATYRVS abiret. Abibat tamen, cum negotia id exigebant. Et ecce navim conscendit SATYRVS, sed non sine armamentis. E collo Angelorum panem suspendit. Mox venti insurgunt & fractus navim expugnant. At SATYRO naufrago non comectus, non vela, remi, malus, non anchora deest, omnia haec adsunt in SS. Eucharistia. Illo succollante, quem collo ipse ferebat, emergit, & Anathema templo ipsum Servatorem suum gratis donat. Credit in portu se esse, & fuit, non tunc quidem, sed paulo post, cum beatam mortem defunctus est. Verum tunc naufragum Ambrosium lacrymis vidisset. *Ex ipso D. Ambrosio.*

*Beatus qui sanctae Communioni atque orationi tanquam caelestis Angelus incumbit, & mundis quocumque cogitationibus vacat, neque aditum praebet impii demoni, ut animum suum expugnet & abducat a Deo Servatore. S. Ephrem in Beatitu.*

S. HILDEGARDIS V. 17. Septembris.

Nescio quid de HILDEGARDE sentiendum, mundumne deseruerit, an potius nunquam in mundo; quippe XIX. annorum virguncula inter virgines scilicet cras adlecta. Caestia ab ipsis oculis videre habuit, numque haec prodidit, quantum sermone non potuit. Litteras, quas nunquam scripsit, scripsit tamen, easque non sua lingua: atque ut caritatem scires olim, quod canere alii despic.

desperabunt, carmen, jam tunc absque doctore  
 scitissimè modulabatur. Vatum etiam sacrorum  
 oracula fideique nostræ volumina legebat & ex-  
 plicabat puella, ut ipsissimam seculi illius Sibylam  
 Bernardus laudaret, & in concilio Rhemenfi Eu-  
 genius PP. probaret. Cæterum visa cælestia mor-  
 bus comitabatur ferè continuus, qui castigabat  
 scilicet timidam, quoties proderet hominibus  
 monita celo data negligeret; fuitque, cum lectio  
 affixam ita undique oppugnarunt dolores, ut ce-  
 dere anima & velle deditioem facere jam jam  
 videretur. Sed præsidio Angeli venerunt è Primi-  
 pili Michaëlis cohorte, qui atros Genios unaque  
 morbos omnes in fugam egerunt. Dum portus  
 vixit, mira egit innumera, Lynceoque vultu ipsius  
 cordis latebras inspexit, sensaque animi obtenta  
 suo deprehendit. Funus illustravit iris gemina in  
 cælo visa, hanc lux coronabat lunæ circumum  
 ferens, quem itidem crux ornabat, multiplici  
 mox incremento innumera. Id miraculum super  
 defunctæ domum descendit. Et ascendere nos dis-  
 bitamus tam familiariter invitati? *Ex Suario.*

*Beatus qui puris cordis oculis Deum semper intue-  
 tur, quiq; ue bonis ac honestis colloquiis delectatur, et  
 à pravis ac turpibus, quæ bonos mores corrumpunt, ab-  
 horret; quoniam minimè fiet diaboli mancipium.*  
 S. Ephrem in Beatitud.

S. FERREOLVS M. 18. Septembris.

**A**Nnum à Christi ortu tertium supra crecentem  
 testinum victoriis suis nobilem fecit FER-  
 REOLVS, non tam militum quàm Martyrum ar-  
 telignantus. Hostis, qui cum ei bellandum erat,  
 atrox & versipellis Crispinus Procol: fuit, ut qui  
 modò

que doctio  
n factor  
gebat & et  
s Sibyllam  
emenfi Ene  
elestia mor  
i castigabat  
hominibus  
cum lecto  
ores, ut ce  
re jam jam  
ntè Primi  
ios unaque  
Dum poro  
e vultu ipso  
nimi obtutu  
is gemina in  
irculum re  
multiplici  
ulum super  
ere nos de  
Surio.  
mper intue  
lectatur, &  
rūpuit, ab  
mancipiam.  
Septembris.  
apra trecent  
fecit Feli  
tyrum are  
andum erat  
uit, ut qui  
modo

modò infidias ( blandicias ) admovit , modò aper  
to Marte ( tormentis ) pugnavit. Vtraque vel elusit  
prudenter vel vicit fortiter FERREOLVS. Et po  
terat facilè pacem cum hoste componere, si vel  
semel sacrificasset. Sed maluit suum sanguinem  
Christo, quàm vel alienum Diis improbis litare.  
Et jam tota agmina carnificum vicerat, cum ferro  
oneratus in carceres triumphans abiit. Inde ru  
pis caelesti ope vinculis, per sopitas custodias &  
portas parentes ad Rhodanum evasit, quem cum  
Angelis succollantibus transaataisset, retractus à  
fuga ultimam nobilissimamque pugnam edidit.  
Nam capite D. Iuliani Commilitis objecto, jus  
sus est aut suam mutare, aut similem expectare  
sententiam. Ille charum, caput amplexatus mul  
tumque dissuaviatus, sanguinem sanguini, caput  
capiti, tumulumque tumulo sociavit. Hunc ajunt  
multis post annis D. Mamerti operâ adapertum,  
FERREOLI, & in manibus FERREOLI, Iuliani ca  
put utrumque integrum ostendisse. Exemplo vel  
Græciâ Iudice supra omnes Pylades & Orestes  
amico. Ex Surio & Pet. de Natal.

Beata esset nostra conditio, si aequè DEO & ho  
minibus vel displicere timeremus, vel curavimus  
placere: si tantum præcepta Christi, quantum po  
puli sibi vereremur, & si tanti laus que ex DEO  
est, quâti isti de vulgo plausus, emeretur. S. Paulin.  
cp. 31.

S. IANVARIVS CVM SOC. MM.

19. Septembris.

V Idit IANVARIVS Beneventanus Pont.  
flammam caelo lapsam caput Soffi Diaconi  
lambere. Eo prodigio excitatus accurrit, Soffium  
que osculis & amplexu impeditum Martyrem sa  
luta-

lutavit, Martyr etiam ipse futurus. Etenim ad annum Christi CCC. XLV. à Timotheo in furnum tertio jam die successum coniectus est. Numerum qui puerorum olim inter flammam modulos mirati sunt, magis nunc inter easdem senem Cygnum IANVARIUM obstupuisse, cui, ut omnibus numeris suis constaret musica, voces suas Angeli junxerunt. Innoxium itaque ex equuleo suspendi tyrannus imperat. Sed vel omnibus laceratis nervis fortis tamen paruit. Iam cum victorem victus ante currum Puteolos egisset, bravium scilicet speravit IANVARIUS, A cursu ad carceres reductus, familiarem suum illic Sosium reperit. Mox ad bestias damnatus virtute suâ omnes circumavit, præter Procons. qui cum capitis sententiam in Divum pronuntiasset, oculis repente orbatus, tunc demum errorem suum vidit, jamque propitium Numen sibi à IANVARIO oravit. Sed diceres omnem, quam bestie posterant feritatem, in unum judicem coisse. Vix enim IANVARIUS lumen ingrato reddidit, cum hic gladio illi abstulit. Aspexere tamen fidei lucem, quam videns videre respuit Timotheus, quinque millia hominum. *Ex Baron.*

*Vacat tibi ut Philosophus sis; non vacat tibi ut Christianus sis? verte potius sententiam, verte fecundiam: sis Dei Philosophus, & Dei vates, non quaerendo, sed imitando Deum: sapiens, ut non tam lingua quam vita eruditus, tam differas magna quam facias. S. Paulin. ep. 35.*

S. EVSTACHIUS M. 20. Septembris.

**E**VSTACHIUS, olim Placidus (cujus vel nomen Romani Imperii hostes debellabat) dum fe-

ras sectatur, Christum inter cervicornua conspi-  
cua habet, domumque nobile venationis spo-  
liam fidam portat. Ab eo tempore etiam Chri-  
stiani lobum suum habuerunt. Nam opes & fa-  
miliam everfam mitto. Ab exilio exordior. In  
hoc conjugem impurus nauta sub oculis avehit,  
mox ipsos oculos (filios geminos) illum quidem  
leo, hunc lupus rapit. Iam ille tantorum nuper ex-  
ercituum Imp. pecoris fit Dictator, classicum bu-  
bus canit, dux oves praerit, baculo in lupos pugnat.  
Sed proditus demum a cicatrice, ad Traianum  
iterum, ad exercitus ab aratro abducitur. Et vide  
mihis fortunae ludum. Merent sub illo Agapius  
& Theopistus, quas dentibus ferarum opiliones  
olim excusserant, ipsissimi filii EVSTACHII; hi dum  
alter alteri pueritiam suam narrant, & repente fra-  
tres se mutuo salutant, audit haec e vicino mater  
(cujus pudicitiae Deus consuluit, impio nautae  
extincto) & utrumque ad ducem rapit, petitque,  
filios sibi vindicet. Hic insperato EVSTACHIVS  
pro se pronunciat, agnitusque & uxorem & filios  
sibi addicit. Victor deinde Romam ingressus, ipsos  
in triumphum Deos ducit. Dum enim his sacrificia-  
re renuit, ad bestias cum suis damnatur, innoxius de-  
nique tauro Phalaridis includitur. In hoc mugire  
ipsum alii credebant, sed ille fortunam ridebat. Ex  
Scrio.

*Indicaturus Domino lugubre mundus immugiet.  
adducetur cum suis stultus Plato discipulis, Aristoteli  
argumenta non proderunt. Tunc tu rusticanus  
pauper exultabis & ridebis, & dices: Ecce cru-  
cifixus Deus meus; ecce iudex qui obvolutus  
venit in praesepio vagans. S. Hier. ep. 1.*

V 2

S. MAT.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

S. MATTHÆVS AP. &amp; EV. 21. Sept.

V Idit Iudæa hodie clarum inter pauca miraculum : Camelum scilicet per angustias acies se penetrantem. MATTHÆVS fuit, è prædive Publicano impiger CHRISTI sectator, cujus etiam vitam literis descriptam reliquit, maximam posteris hæreditatem. In Æthiopia multa illi lucta cum Magis fuit, qui geminos aliquando in Divum dracones emisertunt, sed quos ille qui in morticures in loca sola amandavit. Cum his monitis etiam perfidia exulavit. Nam cum insuper filium regis demortuum ad vitam revocasset, pernot hujuscemodi miris regni longè maxima partem CHRISTVM amplexa est. Sed cum regnum adisset, qui Iphigeniam jam olim Deo desponsam copulare sibi sacrilegus pertentaret, MATTHÆVS, quod palam impium procum damnaret, dum ad aram facit, securi cæsus ipse victima sacerdos cecidit. Continuo Iphigenia virginittis Patrono templum ponit. Hic Rex non amore jam modo, sed irâ etiam ardens, ignes Virginis ædibus subijcit. Sed iterum pro pudore Angelo è cælis & D. MATTHÆO pugnantibus, flamma ad tyranni tecta evolans vix locum dedit, ut cum filio se subduceret. Nimirum mors illi minimè sicca debebatur. Sui ipsius carnifex suum denique hausit sanguinem, qui alienum semper striverat, regnumque Iphigeniæ germen reliquit, sub quo (supponite Christiano) liberè jam colere Æthiopia MATTHÆVM cœpit, cui quidem nos illud palmarium dicimus, quod purioribus undis primus non frustra Æthiopes laverit. Ex Lippeloo.

*Agnosce te peccatorem, ut tecum prandeat* *Crisostomus*

21. Sept.

22. Sept.

7. Sept.

ca mira  
stias actus  
divite Pu-  
ju> etiam  
am polle-  
illi luita  
ndo in Di-  
qu> im mox  
is monitis  
per filium  
, perno-  
ima pais  
num adif-  
nonfam co-  
ARTHAVS,  
, dum ad  
cerdos ci-  
Patrono  
jam modò  
dibus sub-  
è cælis &  
ad tyranni  
ilio se sub-  
ca debebra-  
aufte fan-  
, regnum  
o ( uapo-  
opia MAT-  
palmarium  
as non fru-

stus intra cum peccatoribus convivium Domini tui  
ut possis non esse peccator. Agnosce Christum, audi  
Dominum tuum, audi caelestem medicum: si vis cu-  
am, agnosce languorem; si cupis misericordiam, cõ-  
fite peccatum. P. Chrysol. serm. 2. de S. Matth.

S. MAVRITIVS CVM SOC. MM.

22. Septembris.

Vocaverat ex Thebæâ legione jam semel  
iterumque ad supplicium decimum quem-  
que Maximianus, cum ita ad reliquos dux MAV-  
RITIVS: Libavimus milites hodie sanguinem no-  
strum, nondum litavimus. Sed bonam factum! li-  
tabimus, ubi nostrum cum sociorum cruore mi-  
scēbimus. Illos è cælo jam spectare vos, è cælo  
audire credite. Quid enim? erubescite. primus è  
nobis cælum subiit, quisquis decimus cecidit.  
Proinde si viri estis, uni semper novem invidetis.  
Menon ducem putate, nisi ad mortem moriendo  
vos duxero; vos modò mortem triumphalem  
portam credite. Nimirum uno jam ore omnes  
Maximianum incusare; quid tam parçè biberet,  
quem tam sitiret sanguinem? Indalgeret impro-  
be siti, quando sibi tantundem sanguinis in divi-  
te venâ ac sociis bulliret. Si crimen esset DIIS  
non sacrificare, crimen hoc omnium esse, cur pau-  
ci luarent, quod omnes peccassent? Itaque cingit  
omnis exercitus fortissimam phalangem, mactat-  
que omnem; cum ecce veteranus supervenit, cla-  
mat, frustra veteranum se dici, si præmia juvenes  
percipiant; frustra tot stipendia numerare, si nul-  
lam martyrii palmam, per emeritam denique se-  
nectam orat, sequi saltem triumphantes in cælum  
Thebæos liceret, quos præire tarda ætas prohi-  
buisset.

leat Civi-  
fua,

buisset. Et annuit etiam huic Maximianus, in hoc uno adversus Christi cultores liberalis. Et profecto in nullis puto canis tam pulchrè vel sanguis rabuit, vel laurus vivit. *Ex Surio.*

*Solenter animus ante actionis sua primordia curata debet adversa meditari; ut semper hac cogitatione semper contra hac thorace patientia munitus, & quidquid acciderit, providus superet; & quidquid non accesserit, lucrum putet. S. Greg. 5. Mor.*

## S. PHOCAS M. 22. Septembris.

**H**ortum PHOCAS dum vixit, coluit. Horti pulcherrimam rosam ipsum non malè horti cultorem dixerò, tunc præcipuè, ubi suo se sanguine rigavit. Cæterum patria illi Sinope fuit, ferax olim philosophorum urbs: quibus quidem omnibus vel opum vel mortis contemptu certavit ostentor noster. Etenim quidquid hortus feracior, prudentius PHOCAS in miseros hospitesque, quàm ille olim in mare abjecit. Iam verò pro Christo moriens haud paulò elegantius Christianæ philosophiæ sanguine, quàm nostrates philosophi atramento, subscripsit. Sed audite vos qui fortiter declamatis, molliter morimini, in lectulis & mensis sapientes. Adsunt spiculatores, qui PHOCAM ad gladium quærunt. Tecto, mensâ hic ipse excipit, & hospitalitatis tesseram securus cum hostibus communicat. Interea quærunt hi quis PHOCAS? ubi agat? quibus consiliis capi, necari possit? Nimirum ait PHOCAS, hunc nulli æquè ac sibi notum, nec longè abesse, & verò postero die traditurum se PHOCAM sine turbis in manus ipsorum. Interim tumultum sibi parat suus prædator vespillo, postridie proditor. Cohorruere satellites,

22. Sept.  
us, in hoc  
Et profet  
vel sanguis  
ordia cur  
e cogitans  
nis, &  
in quidquid  
Mor.  
mbri.  
uit, Horti  
malè horti  
o se sangui  
fuit, ferax  
dem omni  
ertavit oll  
s ferebat,  
ospitelque,  
pro Chri  
Christiane  
philosophi  
qui fortiter  
lis & men  
i POCAM  
ipse exci  
cum hosti  
quis POC  
necari pos  
li aequè ac  
postero die  
in manu  
suus priede  
ere satelli  
ect,

tes, & Iovem hospitem reveriti, manus hospite  
tis sui sanguine lavare reformidarunt. Sed ille nul  
lam aliam symbolam quam cædem suam oravit.  
Acceptit ergo hanc, & temulo suo est conditus.  
Noverat jam, noverat resurgere flores terrâ obtu  
tos. Ex Surio.

*Stude cognoscere te; quia multò melior & lan  
tabilior es, si te cognoscis, quàm si, te neglecto,  
cognoscere cursum siderum, vires herbarum, com  
plexiones hominum, naturas animalium, & habe  
ris omnium celestium & terrestium sapientiam.*  
S. Bern. l. Med. c. 5.

S. EMMERANVS M. & P. 22. Septembris.

**O**rcum hoc sidus in Aquitaniâ est : luxit diu  
Bojariæ, sed numquam claris, quàm cum  
occidit. Res in hunc modum gesta. Vt Theo  
donis IV. Bojorum Ducis filia, dum stupri con  
suetudinem cum Sigebaldo juvene cætera nobili  
habet, ecce uterus intumescens scelus prodit; ipsâ  
EMMERANO, dum patrem eum dicit, mortem  
parit. Landbertus enim Vtæ germanus scalarum  
radis illigato manuum pedumque digitos, aures  
item narsque & quæ natura velavit, articulatim  
omnia præsecat, eruit oculos, linguam denique  
serpitis avellit. Sed etiam sine hac cum loquere  
tur EMMERANVS, quid aliud loquebatur, quàm  
innocentem se mori? Quid? terra & illa quæ  
sanguinis imbres biberat, illa quæ tumulum pri  
ma dederat, numquam non virenti cespere læta;  
aer, qui ipsos XL. dies nefas fleuit, quod homo fe  
cerat; undæ Danubii & ipsæ cæli lacrymis exun  
dantes, lampadum ignes, qui in eâ pompâ, quâ  
Ratisponam sacra liplana advecta sunt, inter om  
nes ventos pluviasque pertinaciter emicabant;

mira denique alia innumera, an non totidem integritatis testes sunt ab omni naturâ submissi? Nec pro EMMERANO solum, etiam contra EMMERANI hostes Numen pronunciauit. Corripit infantiâ carnifices. Vta Landbertusque exules, illa inter Italos, hic inter Hunnos perierunt, vindictâ in seros etiam posteros grassante, quorum omnium vel cita vel longa mors, hoc est misera vita fuit, ut ita non minus diu, quàm sæpè moriens innocenti tyrannus parentaret. *Ex tom. 1. Bavariæ. & tom. 1. Annal. Boic.*

*Tu, ô Christiane, quaris vindicari de adversario tuo, qui tibi forsam injuriam fecit? attende Christum medicum egritudinis tuæ: propter te pendit in ligno, & nondum est vindicatus, & tu vis vindicari, & non vis tantum & talem Magistrum imitari. Aug. l. 2. de SS.*

S. PROJECTVS EP. 23. Septembris.

**N**ihil jam novi, si laudes suas infantia in uero loquitur. Ita PROJECTVS noster gravae parenti visus est in somnis per latus nasci, & dextra liliū præ se ferre triumphans. Sensit certè parva (Forum Cornelii fuit) virtutis odorem, & laudavit animum etiam lilio candidiorem. Ipse literis bonis imbutus Episcopo Cornelio adsuit, & cum in stipem pauperum non nisi duo denarii superessent, loculos vacuos tanto miraculo infarsit, ut in totius paupertinæ cohortis stipendia suppeterent. Aliàs cum tres hospites alii hospites riderent à catinam esu sibi temperantes, nec moniti ipsi à rita temperarent; collapsum repentè coenaculum est, risu omnibus, præter tres, quos diximus, & PROJECTVM, emortuis. Subinde mortuus etiam Cornelius viduam infulam reliquit. Et tulisset hanc

hanc jam tunc ad PROIECTVM populus, nisi alterius ambitio præripuisset. Huic ipsi tamen optatam prædam mors intra xxv. dies eripuit, ut alter sibi delatam, cum fatalem esse capiti non merenti videret, ultrò ad PROIECTVM remitteret. Tunc demum infula locum se dignum credidit noctam esse, quando non tam ipsa lilium, quam lilium ipsam coronavit. *Ex Ferrar.*

*Sipro temporali curâ ægri medicis obediunt, servant arduam parcitatem; quare pro sempiternâ salute sit durum Christo moderatis obedire jejuniis, corpus gubernare mensurâ mentem regere parcitate, sensum sobrietate frenare? S. Pet Chryl. serm. 41.*

S. THECLA V. & M. 23. Septembris.

**P**rinces earum virginum THECLA memoratur, quæ candidum animi pudorem martyri purpurâ exornarunt. Hæc à Magno Paulo fidei Iconii edocta, cum ab ejus ore dies noctesque è fenestrâ penderet, facile misso, qui ei è primâ nobilitate fuit, sponso, Christo amores suos addixit. Quam ipsam ob causam cum castitatis magister Paulus in vincula esset datus, gemmis omnique mundo muliebri distractis, aditum sibi ad eum mercata est, eas demum gemmas æstimans, quas è Pauli ore legeret. Et vide in virgine Herculem. Capta cicuravit, quibus objecta fuit, leones? domuit, quibus alligata fuit, tauros? vicit undarum, quibus immissa est, monstra? triumphavit, quos conscenderat, ignes; & flammæ, quæ nec Herculi pepercerant, virgini pepercere: ut sciant, qui castitatem eunt occisum, omnibus monstris insaniore se esse. Cæterum tot victoriis inclita Seleuciâ venit, ubi cum ægris compluribus

Y S salu-

salutiferam manum porrigeret, medici, quibus, quod nullam jam lucelli spem viderent, oculi scilicet dolebant, in virginem infames adolescentulos armarunt. Hos leones cum fugeret, quae nec leones fugerat, jam jam comprehendendae sinum rupes discedens praebuit, clausuraeque castitati & asylon & tumulus fuit. Itaque qui pudori periclitanti non consulit, hunc ego etiam rupe duriozem dicam. *Ex D. Basil. & Metaphr.*

*Inter omnia certamina Christianorum sola sunt dura praelia castitatis; ubi quotidiana est pugna, & rara victoria: gravem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur. S. Aug. l. de Hon. mul.*

S. GERARDVS EP. M. 24. Septembris.

**G**enuere Venetiae GERARDVM magno suo honori, majori Ungariae bono. Nam per hanc illi domum iter est ad sacras Solymae terras, hospitem interceptit Rex D. Stephanus, & detentum amicum viginti Episcopum dedit. Nihil illi post Christi honorem prius, quam Matris huius cultus, quem toto regno magnam animi sui voluptate, fructu hominum quam maximo, disseminavit. Pietatis in MARIAM illud argumentum esto, quod ante eius aram namquam non binos ministros excubare voluit, qui thuris odore eam honorarent, & fumo tam pio proderent, quibus Virginem castissimè ardebat, ignes sanctissimos. Adhuc nemo unus fuit, qui ab offenso veniam non exorasset, simul interposito Patronae MARIAE nomine orasset: ut jam nominis huius characteres totidem calculos candidos dixisses, quibus omnes apud illum rei absolventur. *Iam ut corpus in virtutis*

25. Sept.  
palæstra  
petebat  
cem do  
gnum,  
tradidit  
optimam  
dam. E  
cinctus  
innoxium  
rum ev  
cidis su  
petorasti  
Beat  
rum (eq  
effert. i  
colit: e  
vacuum  
Ephrem  
B. PV  
Q  
ric  
& ferul  
ciendos  
Eutyche  
sto nate  
bat, doc  
cum sub  
totus c  
vi. ipso  
bis adif  
animi i  
tum ip

palæstrâ exerceret, noctu silvas & ex silvis ligna  
penebat, leprosis interim in lectulo Episcopi vi-  
cem dormientibus. Hostibus, qui regi Petro re-  
gnum, quod Stephanus suâ morte illi in manus  
tradiderat, vi eripuerant, malam mortem, sibi  
optimam vaticinatus est & sanguine comparan-  
dam. Et verò anno M. XLII. à globo impiorum  
cinctus, lapidibus primò est appetitus: sed, quia  
innoxius hos scuto Crucis excipiebat, post cur-  
rum eversum hastâ transfixus est, cum pro patri-  
cidis suis, Christi & Stephani exemplo, è genibus  
petorasset. *Ex Surio.*

*Beatus qui ab omni abhorret turpitudine peccato-  
rum (eq; hostiam viventem & Domino acceptam  
offert. Beatus qui semper in seipso Dei memoriam  
offert: erit enim totus velut Angelus celestis in ter-  
rarum reverentia & amore sacrificans Domino. S.  
Ephrem in Beatitud.*

**B. PVER CONSTANTINOPOLITANVS.**

25. Septembris.

**Q**uid hodie primùm miramur desipere hære-  
ticos? jam olim barbaros horum Magistros  
& ferulâ dignissimos ad rudem pueritiam eru-  
diendos cælum ablegavit. Ita porrò Fulloni, qui  
Eutychetis cestro afflatus unicum tantùm in Chri-  
sto naturam, adeoque mortalem DEVM somnia-  
bat, doctorem puerum multò antè providit. Nam  
cùm sub Theodosii Iunioris tempora terræ motu  
totus orbis, sed Constantinopolis potissimùm,  
vi. ipsos menses laboraret, præter nobilissima ur-  
bis ædificia testaque & sacra & profana dejecta,  
animi insuper omnium ita sunt consternati, ut  
cùm ipso Imp. suo urbs urbem desereret, campos  
que

que habitaret. Illud tamen civium bono factum quod tellus sic mota mentes hominum non tam ad metum quam pietatem movit. Ipse Theodosius Imp. in togâ privatâ sordidus & pede nudus dies noctesque Superos veniam sibi ac suis orabat. Inter hæc PVER innocens turbine raptus sublimis sub omnium & ex omnium oculis abiit, comesque huic unâ vulgi vox Kyrie eleison ixit. Hora non ampliùs abiit, cum eâdem viâ puer redit, narratque quod à cæli Choraulis cantari audierat Trisagion. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis*, atque verum esse cæli consulto quidquam his addi. Simul legatione suâ perfunctus ad musicam suam moriens abiit. Inter cætera Patriarcha voluit, ut voces auditas repeteret terra, cantuque etiam ipsa cælo, quod provocaverat, responderet. Factum, & Trisagion cantatum terram firmavit trepidam; ut homines non jam certasse tantum Superis voce, sed tunc superasse videantur. *Ex Men.*

*Si accipientes munera taciti & immemores sumimus, tanquam ingrati & indigni eorum subministracione fraudabimur; ut Deum, quem beneficiis non cognovimus, malis ingruentibus requiramus, & adversis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratiam non egimus ad fruendum. S. Martine non tim. car host.*

S. IVSTINA V. & M. 26. Septembris.

**A**N hodie suum parentes faciant, nescio, collent parentum officium liberi etiam fecerunt. Ita IVSTINA à teneris annis Christianas leges clàm edocta, docere easdem parentes coepit. Et jam per matris ad pectus patris aditum sibi fecerat, cum hunc autantem jam in partes Christianas

visus per somnum ipse CHRISTVS impulit. Itaque brevi post mortuus pater viam in acceptis filiae tulit. Ceterum fuit & Vernasio nescio quis Aglaïdus, qui oblitus virgines esse, quas colebat, Musas, imparis amoribus extremum IUSTINAM deperibat. Sed Palladem scilicet castitatis ægide contra omnes preces & minas armatam reperit. Itur ergo ad CYPRIANVM nobilem tunc cum primis magum, & orco omnes amores contra IUSTINAM evocatur. Sed omnes faces incestæ, omnia tela unico crucis clypeo repelluntur, & totus Cupidinum exercitus ab unicâ fugatur Dianâ. Enimvero irasci hic arti suæ, sed multò magis artû magistro cacodæmoni CYPRIANVS: & quia hic victum palàm se fatebatur, nuntium illi mittere, jamque libros & in libris Venerem Vulcano dare, ipse Christo & IUSTINÆ adhærere. Cum hac in exilium, in carcerem, in equuleum, in bullientes à flammis sartagines, ad palum denique & secures ivit. Itaque quando hodie virgini IUSTINÆ vitum magnum CYPRIANVM, hoc est oviculæ lupum, junximus, an non aurea secula reduximus? Ex Lippeloo.

*Illum amemus, quem amare debitum est, illum osculemur, quem osculari castitas est: illi copulemur, cui nupsisse virginitas est: illi subjiciamur, sub quo jacere supra mundum stare est: illi commoriamur, in quo vita est. S. Paulin. ep. 4.*

S. NILVS ABBAS. 26. Septembris.

Optimè omnium post conjugis mortem viduam vitam NILVS egit, quando solus jam in locis solis egit. Sed quid dico solus, quando exempli socios complures, & Cryptæ Ferratæ Abbas im.

imperium in Magnates, & adeò Imperatores & Pontifices habuit? Nam, ut alios taceam, Euraxium Imperatoriã præfectura superbum morbo curavit, & inter monachos adscriptum mox paulò post felici beavit. Alios viros Principes, quòd inventum monachi cucullum riderent, graviter objurgavit, edixitque id fore, quòd tactum mox est, ut serìò hunc, sed serò ante mortem essent petituri. Ipsum Ioannem XVI. Pont. & Othoneum Imp. censoriã virgã notavit. Et ille quidem cum videre errorem suum nollit, oculos amittit; hic poenitentia ductus patrem sensit B. NILVM, & manus hujus, in quas ille coronam unaque se & sua tradiderat, benè precantes habuit. Quidvis etiam Otho promittens, si peteret modò NILVS, illud audivit, nihil nisi animum Imperatoris ex toto imperio se petere, memor esset, quos orbis nunc adoraret fasces. Dictatori olim supremo submitte-  
 tendos. Hoc Principibus, illud omnibus omnino proderit. Invisere ad NILVM viri è primã nobilitate iudemque literati. Sed ille inanes disputantium argutias exosus, thesin legi iussit inexpectatam, Simeonis Eremicolæ inquam visum, quo vix decimum quemque mortalium cælo asserendum affirmabatur. Cohorruere ad hæc omnium animi tunc. At nostri philosophi Hexaciti omnes sunt rident, nescio an tam feliciter decimandi. Ex Baron. tom. 10.

*Si quem videris superbiã tumidum, habitu splendidum, & comitantium catervã reliquos prementem illi ne invidias, neque perturberis, sed fortis ac temperans esto. & eum paulò post extinctum aspicias: ois enim illi perpetuò florent, qui Dei obtemperant voluntati. S. Ephr. in Vic. rect. rat.*

S. CAL.

S. CALLISTRATVS M. 27. Septembris.

Spectavit CALLISTRATVS Carthaginensis miles in avo suo patientem Christum. Inde est, quod magna pati Christianum & ipse duxerit. Christianum verò se esse commilitonibus tunc prodidit, cum inter preces assiduus pernoctavit. Debebat tam sanctas vigilas in milite laudare Dux Persentinus & militaribus donis ornare; sed ille pium vigilem equuleo, verberibus & testarum fragminibus laceravit; ita tamen, ut inter ea omnia tormenta canere etiam CALLISTRATO adlubesceret. Atque ut ne infacetè cecinisse puteretur, capti modulis delphini gemini, cum culeo insutus & undismersus esset, tergo Ariona suum exceperunt, & littori plaudentes reddiderunt. Eo miraculo permoti milites alii XLIX. cum Christo nomen dedissent, vincti in mare precipites acti sunt. Cum enataissent rectius instruendū in novā militiā, denuò unā cum CALLISTRATO piscibus præda abjecti sunt. Sed vicere iterum undas, & victoriam cælum gratulatum est, quando coronam misit, quæ caput CALLISTRATI cingeret. Quid expectas? in carceres abrepti, cæsi omnes in frustra sunt. Et hoc nimirum fuit, quod plebejā morte defungi noluerunt. Iuvabat non integros, sed artuatim Christo peire. Nec poterant per minutas rimas exire ampla ostia, magna vulnera ingentes & militares animæ quærebant.

Ex Metaphr.  
Christus, omnibus vita, omnibus via, omnibus janua est. Perge quò curris, ut apprehendas, in quo apprehensus es; enitere per angustam viam, ut pervenias in amplam possessionem hereditatis æternæ. S. Paulin. epist. 31.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## S. ELZEARIUS CONF. 27. Septembris.

**D**VXIT ELZEARIUS Gallus Comes Dalphinam. Dos rari pretii fuit, virginitas, quam sacrosanctam uterque per omnem vitam habuit. Vidit hanc matrona à superis laudari sub gemmæ figurâ, quâ utique nulla etiam VIRGINIS dextra clarior est. Aliâ, omnium ordinum turmas legere Agni vestigia, & his signiferum præire ELZEARIUM. Iterum aliâ decumbentibus in thalamo medium assistere & reidentem Christum conspexit. Talia mirum virgo animus somnia alit. Iam familiae suae leges ELZEARIUS has fixit: *Sacris quotidie interessent: vitam castam agerent: post octavum diem animum expiarent: post mensem Epulo sacro reficerent: antemeridianum tempus pietati, pomeridianum labori darent: verbum vel impium vel obscœnum atropane & aquâ luerent: vetito ludi genere omni se abstinere: pacem non frangerent, fratrem illico resarcirent: horam denique quotidie piæ colloquis donarent.* Ipse quod irasci numquam vellet, jam non posse credebatur, sed verius lædi non poterat, ut qui habitare in Crucifixi vulnere se distabat. Caterum quod nescio cuius noxæ periculum adisset, Christus enim per totum carminis Davidici, quod quinquagesimum numeramus, decussum, flagellis cecidit. Quid hîc illi, qui ad peccandi pericula non eunt, sed currunt? Obiit demum mortem sub annû M. CCC. XX. III. cum vitæ magistratam ut ipse Christus edixerat, MARIAM habuisset. Vestra vita, Sodales, qui eâdem magistrâ gloriamini, dicite, cur est dissimilis? *Ex Surio.*

*Non solum à gravibus peccatis tempora, sed etiam ab illis, quæ levia apparent, quæ ferè negligi solent.*

27. Sept.

mbri.

phnam.

am facto.

it. Vidi

ae figura.

ra clarior

gere Agui

ym. ite

clium affi

Talia ni

amilia suz

ie inaref

um diem

cro refit

omeridie

vel ob

oludi ge

erens. ite

otidie pu

quam vel

ladi mo

tere se di

ae pericu

minis Da

mus, decur

peccandi

num inor

magistrum

iffet. Ve

oriamen

, sed etiam

gligi per

nia

niq. solent quasi nulla de similibus reddenda  
fret ratio, cum per eiusmodi etiam nos perdere so-  
lent diabolus. S. Ephrem c. de Temperant.

S. THIEMO EP. MART. 28. Septembris

Natus in illustri Bojorum familiâ THIEMO,  
& in sinu sociorum D. Benedicti educatus,  
litteras omnes à primis annis imbibit. Addidit  
deinde pingendi fingendique & celandi artes.  
Tam doctum ille artifex dæmon pænè fecellit,  
cui fugam è cænobio persuasit. Sed acceptam  
ignominiam reversus mox novâ victoriâ obruit,  
& ut hanc probari à Superis scires, insequente  
nocte per somnum victori sibi deferri insulam Sa-  
lsburgensem & Martyrum palmam vidit. Nec  
multo pòst moriens Gebhardus Pont. heredem  
THIMEONEM dixit. Sed involavit in hanc Pseu-  
doepiscopus Berchtoldus, qui pro Imp. Henrico  
contra Pont. Greg. stabat. Hic captivo THIMO-  
ni spem insulæ auferre cum capite voluit. Sed aut  
exerravit gladius, aut duriolem se cervicem de-  
prehendit. THIEMO modò palmam prehenderet,  
facile insulam missam facturus, elapsus è carcere  
Hierosolymam unâ cum Guelfone petiit. Sed à  
Turcis captus, cum statuariam artem professus  
esset, iussus est truncum & deformatum Maho-  
metis simulacrum splendori pristino reddere. Hic  
THIEMO malleum aliaque artis instrumenta pe-  
tere; mox, ubi hæc ad manus fuere, celebre &  
oraculis illustre idolum in mille alias partes de-  
formare, numquam doctius arte suâ usus. Nec  
premium artifici suo defuit, scuticis toxicatis cæ-  
co, omnibusque membris trunco venter discissus,  
baculoq; implexa ilia sede suâ cum corde evulla.  
Reliquie

Reliquit tamen opus immortale post se, & quae  
nullum Praxiteles. Ex Bavar. Sancta.

Beatus qui sanctitatem ut lucem diligit, & in  
nebrofis diaboli operibus non inquinat corpus suum  
in conspectu sanctissimi Dei nostri. Beatus qui cor-  
pus suum servatori custodit, & malis operibus non  
contaminat animam suam, sed gratus manet apud  
Domino Deo suo. S. Ephrem. in Beatitud.

S. WENCESLAVS M. 28. Septembris.

**D**isparis educationis dispares exitus videri  
Erant WENCESLAVS & Boleslaus germani  
fratres, Bohemix uterque Dux: sed illam vitam  
Ludmilla sanctissima matrona, hunc monstrum  
mulieris Drahomira mater eduxit. Nempe uterque  
mores nutricis imbibit. Fratres negaret: tam ille  
pietatem oderat, tam ille amaverat. Ille divina  
humanaque omnia suscipere deique habere; hic vero  
nudis pedibus summam hieme templam obire, & fa-  
cienti Sacerdoti minister adesse. Ostendit carum,  
gratum sibi esse, hominum iis muniis assuescere,  
quibus cives sui Angeli delectarentur. Cum enim  
in Radislaum moveret WENCESLAVS parcus san-  
guinis suorum, se prodigus sui, hosti duellum  
obtulit, ensiculo brevi succinctus, sed benedictio  
è cilicio & cruce armatus. Adest ille totus fe-  
reus, hastaque ingenti & machera timendus; ve-  
rum pugnam sibi non cum homine esse, sed An-  
gelo videt, qui perterritum ad genua WENCESLAVI  
cogit descendere. Quin Otho etiam Imperator  
cum comitia haberet, inter Angelorum manus  
ingredi aulam WENCESLAVUM vidit, comitatu  
profecto ipsi etiam Imperatori invidendo. Tan-  
dem Drahomira blandis verbis ad se invitatum

per Boleslawm in mensâ obruncat. Sed parricidum novercæ matris, neque ipsa quidem Styx tulit: curru quippe vectam cum omni comitatu (si modò aurigam excipias, qui ære campano excitus ad aram accurrerat) vivam absorpsit, utique non levem terram habituram, cui viva tam gravis ferat. Ex Surio.

*Nemo speret in patronis, nemo in amicis aut parentibus. cum etiam frater fratrem tradat in mortem, pater filium & filius patrem. S. Ioann. Chrysol. hom. 24. in Matthæum.*

S. CHARITON CONF. 28. Septembris.

Se persuasum habeo, uti dedecus plenum ignominia civi Romano fuit, ita plenum gloria factus Christiano fuisse, ad tribunal cæli. Cur etiam CHARITON nobilis Iconii civis obtorto collo in jus iniquissimum raptatus exultavit etiam gaudio, cum in crucis formam extensus flagris caederetur barbarum, & facibus ustularetur miserandum, nisi quòd uni Scevolæ Romano invidiam facere omnes Christiani velent, docereque nullis honestiores cicatrices esse, quàm pro Christo tyranno acceptas? His plenus miles noster in carcerem detrusus est. Aperuit tamen hunc, quæ vitam clausit impiam Aureliano mors impia. Ergo liber CHARITON, ut Christi vestigiis insisteret, constituit Hierosolymam petere; sed interceptum ex itinere prædones in antrum suum abducunt, ignari a captivo se spoliandos. Etenim cum palantibus illis serpens haustum libasset, mortem omnes sub adventum biberunt, & è vinculis CHARITON Angeli operâ exemptus, spolia omnia prædonum prædam pauperum fecit. Inde jam animis insidias fructe

struere CHARITON, & ex urbe socios vitæ plures in silvas pellicere, jamque asceteria tunc condere, verbis, exemplo tenere. Post hæc denique placuit rupem conscendere (per solas scabros aditus erat) indeque velut ex arce suis advigilare. Fons quoque cum deesset, lacrymis hunc mercatus est. Denique cum ad suos undique convocatos pro virtute verba faceret, dixit & vixit. *Ex Metaphr.*

*Si mortem assidue meditaberis, non peccabis: si ab omnibus terrenis negotiis liber ac nudus fueris latronis impetum non timebis: si hæc caduca & fugacia despexeris, victoria palmam obtinebis.* S. Ephrem in Beatitude.

S. LIOBA ABBATISSA. 28. Septembris

**L**IOBA est, nobilis cum primis & Deo dicenda virgo, eademque virginum multarum mater. Et hanc, cum Germaniam percoleret D. Bonifacius, ex Angliâ in auxilium evocavit, ut novo Parthenoni Bilchofheimensi Antistes præficeret. Vitam vixit, quam rebellis cælo Angelus invideret homini. Inde cum labe nullâ posset, similibus rumoribus famam vitæ virginis aggressus est in hunc modum. Muliercula stipe visitabat, quam in dies singulos virginum asceterium portigebat. Hæc cum prolem extra thori leges enixa esset, crimen mergere cum partu in rivo voluit, qui cœnobium proximus alluebat. Sed non eluctæ aquæ facinus; prodiderunt, & in suspicionem cadis ad populum totum virginum Collegium vocarunt. Hic LIOBA in auxilium Superos passis manibus tam diu vocare, dum Davidis cumula carmina percurreret. Inde cœnobii muros circumlatâ cruce lustrare. Neque refugit patrocinium celum.

28. Sept. *vitæ plura  
teria tem  
hæc den  
folas scab  
advigilare  
unc mercu  
e convoc  
vixit. Ex  
on peccatis  
nâus fuerit  
lucæ & Jo  
brinebii. S.*  
19. Sept. *caelum. Sceleris conscia mulier à demone corre-  
pta ulterò se stitit, & crimen falsâ innocentes om-  
nes absolvit. Porro LIOBA de Deo illi fuere ser-  
mones, ut hos Imperatoris Caroli M. & conjugis  
augustissimæ aures sitirent. Miris etiam post mor-  
tem plurimis, multis etiam in vitâ claruit. Inter  
hæc illud memorandum, quòd tempestatem ul-  
tima minitantem urbi crucis signo fugavit, CHRIS-  
TIQVE & MARIAE nomine omne cælum serena-  
vit. Et verò ad geminos soles cur non nubes fu-  
gerent? E & Surio.*

*Si propriam gloriam quaris, florenti invides, ab-  
senti derahis, reponis lædenti te. Hoc Christus non  
fecit. Confiteris te nosse Deum, factis autem negas;  
non rectè, non planè, sed impiè, linguam Chri-  
sto animam dedisti diabolo. S. Bern. serm. 24. sup.  
Cant.*

Septemb. *Deo dicata  
rum mater,  
et D. Boni-  
t, ut nova  
s præflet.  
elus invidi-  
et, finitiss  
ffius est in  
abas, quom  
porrigebat  
enixa esse,  
luit, qui  
on eluere  
onem ca-  
legium vo-  
peros passu  
idis omnia  
muros cir-  
patrocina  
cælup.*  
S. MICHAEL ARCHANG. 29. Septemb.  
MICHAEM vides Angelorum honorum om-  
nium Principem, malorum omnium domi-  
torem: Numinis ad mortales principem legatum,  
horum ad cælos ductorem fidissimum, operumq;  
æquissimum libripendem. Tam benè itaque dese-  
merito Christiana Respub. jam olim trophæa, aras  
& templa statuit. Nam ut montem Garganum,  
cujus alibi mentionem fecimus, hic taceam,  
D. Joannis Apostoli ætate MICHAELIS nomen,  
quòd salutaris in hominum us. in aquas eduxif-  
set, apud complures populos celeberrimum fuit.  
D. etiam Autbertus sub annu Christianu DEC. IX.  
sua jubenti MICHAELI ædem in rupe, quam  
mare undique alluit, exædificavit. Imp. deinde  
Constantinus, cum ejus auspiciis hostes suos om-  
nes devici flet, gratitudinis monumentum splen-  
didissi-

didissimum templum posuit, cuius exempli sui heredes viros deinceps principes permultos, sed nostram potissimum in tempestate habuit. Vidit certe Bavaria in eam magnificentiam sacra D. MICHAELI testam exurgere, ut aut has aedes terra dignas aut nullas habeat, quas caeli Princeps post caelum incolat. Quamvis, si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quam nos secum habitare percipiant.

*Quantam sollicitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentiam. Et eo modo converseremur in conspectu eorum, ne forte sanctos offendamus obtutus? Ve enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint sua visitatione.*  
Bern. S. I. de S. Michaeli.

## S. HIERONYMVS D. ECCL.

30. Septembris.

**F**VIT HIERONYMVS natione Dalmata. Mundum penè omnem cum lustrasset, neque ulquam hic arideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transfugit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: ac negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacii convictum caeli cameram imperat, dum vitae emendationem HIERONYMVS, caelites vadimonium spondent. Et certè amplius quid fuisse quam somnium sparsè passim per omnem corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMVS, auribus tuba illa fatalis obmurmurabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porro in more positum

30. Sept. tam habuit, cum orcus incurfaret, ad Iefu pedes confugere, hos longis jejuniis multifque lacrymis mollire, infelt interim cogitationum agmina affiduis faxorum icibus è pectore propulfare; tam dulci victoriz fructu, ut quandoque fublatum in celum fe putaret, qui merfum modò imis fe inferis credebat. Interim etiam dum vixit, Doctorem fuum in HIERONYMO orbis Chriftianus coluit, hoftem verò hærefis extimuit. Ipfe vitam denique fibi claufit, ubi ordiri Deus iafans voluit, magnus heros, ut cui in tumulam Chrifti cumæ ceflerunt.

*Ex vitâ & ejusd. ep.*  
*Ecce de calo tuba canit; ecce cum nubibus debellaturus orbem Imperator armatus egreditur; ecce hic acutus gladius ex Regis ore procedens obviam que metit; & tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra progredieris ad solem? S. Hier. Ep. 1.*

S. GREGORIVS ARMENIVS EPISC.  
 30. Septembris.

REGORIO huic nostro patria cognomen Armeno fecit. A Tiridate rege supplicis, quantis vix ullus alius Martyr, exercitus duravit tamen, inter mille mortes numquam mortuus. Datum Catalogum cruciatuum, sed non capit hos scheda hæc: totum illi librum vitæ implent. Tibi hoc fufficiat, Lector: non ferenda tulit, non dicenda nobis fecit. Itaque victor in omnibus pugnis, demum in cisternâ altitudine fuâ & fetore horridâ ipfos annos x. & iv. triumphavit, cum antoniam diurnam panem unum matrona vidua fubministraret. Inter hæc Agni auspiciis in Armeniam advenit totum virginum agmen. Ducebat Galana anciftita: formâ verò inter omnes eminenti

nebat Ripsimis, cuius cum castitatem oppugnatum iret Diocletianus, fugit scilicet illa, vincere docta Parthorum more. Sed Tiridates rex non minus Diocletiano in virgine dicta petiit. Offendit tamen in Amazones: vitam eripere potuit omnibus, Christum sponsum ne uni quidem, quamvis nec illud impunè. Audi enim quisquis cum Vlysse Circæam non fugis Venerem Tiridates, Deo sic volente, cum animum humanum jam nuper exuisset, nunc corpore etiam in porcum abiit, mundoque non fictum Elpenora spectandum dedit. Sed neque setas prius posuit, quam ex cisternâ extractus Gregorius cruce templi Christi, & quod caput est, populum sacralet. Tum enim & rex sordes posuit, & sacro lavacro lotus cum hominis schemate mores etiam humanos recepit. Mirabantur tunc hominem in porcum migrasse. Magis ego miror familiare hoc nobis miraculum & quotidianum admirationi non esse. Ex Surio.

*Non potest in iis, qui fluido a se voluptatum huc atque illuc feruntur incerti, ullius spiritus esse vitale commercium. Homo igitur ipse sibi auctor est erumna: nam nisi quis porci more vixisset, numquam in eum accepisset, diabolus per testatem. S. Ambros. l. 6, in S. Luc. cap. 8.*

1.0706

S. FRANCISCVS



S. N

N  
Po  
erdotale  
hanc am

OCTO